



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1714

Q 99. Quomodo Jus civile discrepet à Jure canonico in computatione graduum cognationis & affinitatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42682

S. Th. Alenf. Scot. & Scotifæ omnes teste *Maftrio* n. 113. *Cajet. Navarr. Henry. Sanch. Hurt. Merat. Tancrd. Pont. Bonac. Castrop. Dian. Dicast. Pignat.* tom. 7. consult. 22. n. 6. *Avers. q. 17. sect. 2. Krim. n. 2178. Kugler n. 1887. & 1893.* & dicit *Sylvius* utramque sententiam esse practicè probabilem. *Nec obstat* postremæ, quòd non legatur Papam in eo gradu unquam dispensâsse, nam vel non fuit necessitas, vel causæ non occurrerunt sufficientes. Qui tamen in praxi vellet operari secundum posteriorem sententiam, deberet judicare esse moraliter certam, nec Sacramentum exponi periculo nullitatis.

§. 11. Si affinitas ex copula illicita fit ex una parte in tertio gradu, vel ex copula licita in 5., sequitur ex dictis n. 613. nullum esse impedimentum.

§. 12. Notandum hic iterum, quod verbo infinuavi n. 692. habentes copulam non dici affines inter se, sed primum gradum affinitatis haberi in illis consanguineis utrimque, qui in primo gradu sunt conjuncti cum alterutro illorum, qui copulam habent.

Q. 98. Quomodo practicè sit procedendum, quando queritur de impedimento affinitatis, v.g. inter Titium & Bertam. R. 1. Inquirendum est, an alteruter habuerit perfectam copulam cum consanguineo vel consanguinea alterius. 2. Considerandum, an copula fuerit licita vel illicita. 3. Videndum, in quo gradu consanguinitatis persona illa, cum qua Titius vel Berta habuit copulam, sit consanguinea Bertæ vel Titio, & tum ex dictis facillimum erit cognoscere, an inter illos sit impedimentum affinitatis, necne.

Q. 99. Quomodo Jus civile discrepet à Jure Canonico

Ff 5

nico

III.
LII
LIII
LIV
LV
LVI
LVII
LVIII

nico in computatione graduum cognationis & affinitatis. R. 1. Quoad lineam rectam utrumque Jus convenit. Quoad transversas, Jus civile observat unicam hanc regulam, quod tot sunt gradus, quot sunt personæ, stipite dempto, hinc secundum Jus civile duo fratres sunt in secundo gradu, cum tamen secundum Jus canonicum sint in primo. Atque hæc computatio civilis attenditur in tutelis committendis, & in successiombus ab intestato, v. g. Pater & non frater succedit ab intestato, quia Pater est in primo gradu cum filio suo, frater autem in secundo tantum, civiliter computato. E contra computatio Canonica observatur in Matrimoniiis contrahendis. 2. Jus Canonicum vult Matrimonium in quarto gradu affinitatis ex copula licita esse irritum, Jus civile restringit illud impedimentum ad secundum tantum gradum. 3. Secundum Jus civile, illi tantum dicuntur agnati, qui per viros habent consanguinitatem; è contra illi cognati, qui per fœminas, unde soli agnati è non cognati dicuntur succedere in feudis masculis, agnati autem & cognati succedunt in feudis promiscuis.

706. Q. 100. Quid addendum sit circa impedimentum clandestinatis. R. §. 1. Clandestina Matrimonia ab initio Ecclesiæ fuerunt prohibita, Trid. sess. 4. c. 1. De ref. Matr. attamen non fuerunt, nec jam inter infideles sunt illicita ipso Jure naturæ, uti probabilius tenent S. Th. aliique cum Avers. q. 6. f. 1. contra Sanch. l. 3. d. 3. n. 8. & alios. tam parum, quàm alii contractus, qui meritò postulant prohiberi, ne clam fiant, ob fraudes, aliâque inconvenientia: multò minùs etiam in Ecclesiâ ipso Jure naturæ sunt irrita, uti satis clarè dicit Trid.

E
2

Th.
P. C. l. a
L. a C.

Tom

C. 1.